

Cap. III.

De formis decurtatis, quae terminationum deminutione existunt.

§ 1.

Apud Plautum 1) Perf. Act. 3. Plur. formae deminutae obveniunt in fabulis illis hae:
a) in septenariis trochaicis: *attinuere* Mil. 1322. — *accubuere* Mil. 751. — *devinxere* Pseud. 200. —
b) in septenariis iambicis: *adbibere* Mil. 879. — c) in senariis iambicis: *transfugere* Mil. 589. —
succrevere Trin. 31. — *suspendere* Trin. 536. d) in octonariis anapaesticis: *voluere* Pseudol. 905. —

Formae integrae leguntur a) in septenariis trochaicis: Mil. 270 *crepuerunt*. — (328) *concrepuerunt*. — 1311 *iusserunt*. — 1373 *fecerunt*. — 1429 *exierunt*. — Pseudol. 721 *adfuerunt*. — Trin. 625 *adstiterunt*. — 642 *tradiderunt*. — 1037 *perduxerunt*. — b) in septenariis iambicis: Mil. glor. 410 *crepuerunt*. — 1265 *praeciderunt*. — c) in senariis iambicis: Mil. 60 *reprehenderunt*; *dixerunt*. — (1388) *oderunt*. — Pseudol. 818 *tricerunt*. — 539 *consenserunt*. — Trin. 535 *abierunt*. — d) in septenariis anapaesticis: Mil. 1085 *sublegerunt*. — e) in octonariis anapaesticis: Pseudol. 907 *genuerunt*. — f) in tetrametro bacchiaco: Pseudol. 1106 *abdiderunt*.

Computanti ratio efficitur 8:20 = 1:2,5. Multo igitur huius personae praeponderant formae legitimae. Formas autem terminatione deminutas poetae adeo displicuisse, ut, si ullo modo fieri posset, eas vitaret, et inde apparet, quod pleniore formas plurimis locis posuit nulla re coactus velut Mil. 270. 410. 328. Pseudol. 539. Trin. 642 (ante dihaeresin Mil. 1311. 1429. Pseudol. 721. Trin. 1037) et eo, quod uno loco, quo terminatione deminuta metro satisfacere poterat, medio in verbo potius decurtatione usus est, ut plenam huius personae terminationem servaret:

Mil. 1429 nám postquam porta éxierunt, nil *cessarunt* ilico,
ubi salvo metro etiam formae „*cessavere*“ locus fuisset.

Formas in „-ere“ exeuntes tantummodo ita Plautus adhibet, ut ultima verbi syllaba synaepha evanescat et ne ita quidem, si alio modo versum sanum efficere potest i. e. tantum modo eorum verborum, quorum Perfecta formata sunt secundum tertiam quam dicunt coniugationem. Nam in versu Trin. 31

quasi herba inrigua *succrevere* uberrume

eo potissimum puto eum adductum esse, ut scriberet „succerevere“ pro „succrerunt“, quia duplicis „e“ vocalis contractionem, quantum vidi, sibi non indulsit.

2) Praes. Pass. Indic. 2. Sing. formae breviores exstant a) in septenariis iambicis: Mil. 424 *fabulare*, 920. — 941 *morare*. — Pseudol. 1325 *minitare*. — b) in octonario iambico: Pseudol. 1134 *patere*. — c) in senariis iambicis: Mil. glor. 1108 *consectare*. — Pseudol. 442 *mirare*. — 488 *fatere*. — 826 *utere*. — Trin. 502 *fabulare*. — 415 *rere*. — d) in septenario anapaestico: Mil. 1087 *remorare*. — e) in septenariis trochaicis: Mil. glor. 436 *vocare*. — 614 *loquere*. — 750 *utere*; — Pseudol. 313 *lamentare*. — 1145 *flagitare*. — 1147 *fabulare*. — 611 *videre* 611, 622. — 1236 *loquere*. — Trin. 675 *conare*. — 952 *arbitrare*. — 659 *merere*. — 362 *mentire*.

Plenae eius personae terminationes perraro inveniuntur, id quod tabula apparet paulo infra inserta. Desiderantur omnino in Pseudolo et in Milite glorioso. Tria unica exempla Trinummo soli reservata sunt: 480 *fabularis* (A), 789 *arbitraris* (senarii sunt versus), 708 *tueris* septenarii trochaici in pede quinto. Eadem Trinummus minimum numerum formarum deminutarum exhibet (6): earum duplicem numerum continet Pseudolus (12), quae in ea re duabus reliquis comoediis longe praestat. Medium locum in hac re obtinet Miles, ex qua octo exempla colligi posse hoc locorum conspectu illustratur¹⁾:

| Praes. Pass. Indic. 2 Sing. | Versus in fine | | | Reliquis versus locis | | |
|--------------------------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------------|-----------------|-----------------|
| | Trinum. | Mil. glor. | Pseudol. | Trinum. | Mil. glor. | Pseudol. |
| | Diverb. Cantie. | Diverb. Cantie. | Diverb. Cantie. | Diverb. Cantie. | Diverb. Cantie. | Diverb. Cantie. |
| Formae plenae | — — — | — — — | — — — | 2 1 — 3 | — — — | — — — |
| F. deminutae | — — — | — 4 — 4 | 1 — — 1 | 2 4 — 6 | 1 3 — 4 | 3 8 — 11 |

Ratio igitur contraria efficitur in computandis huius personae formis deminutis et legitimis: sunt enim illae ad has ut 26:3 = 8,66:1. Apparet igitur Plantum formas breviores huius personae in deliciis habuisse, praesertim cum saepe nec metro postulentur et cum studio quodam atque amore ipsis iis locis usurpentur, ubi terminatio contraria et gravior expectatur sive propter dihaeresin²⁾ sive propter caesuram semiquinariam³⁾ sive in fine versus⁴⁾.

1) Idem est igitur etiam in harum formarum usu trium fabularum ordo, quem p. 10 statui: Trin. Mil. glor. Pseudol.

2) Velut Trin. 659: Séd tibi nunc, proinde út merere, súmmam habebó grátiam

Pseudol. 313: Nam istuc, quod nunc lámentare, nón esse argentúm tibi

„ 611: Ita videre: et nón videre dignus, qui libér sies

Tres tantum optimorum codicum auctoritate nituntur formae pleniores, etsi nihil est quo postulentur:

Trin. 480 rem fabularis non tibi dicam dolo
 789 nonne arbitraris tum adolescentem anuli
 708 etiam ob stultitiam tuam te tueris? multabo minas.

Duo quae primo loco posui exempla, si posteriorum temporum non legem quidem at usum respicias, tueri possis, quoniam postea senarii iambici ante caesuram semiquinariam syllaba producta poni solebat. Sed hunc usum expolitoris aetatis Plautina aetate nondum valuisse docent tres loci, quos supra commemoravimus: Mil. glor. 1108, Trin. 502 (ubi brevior forma codicibus omnibus communis est), Pseudol. 442, ubi contra reliquos libros ipse Ambrosianus praebet „mirare“. Idem autem codex optimus exhibet in versu Trin. 480 „fabularis“ repugnantibus ceteris. Sed cum idem verbum iterum occurrat in versu 502 idque deminutum terminatione (cf. etiam in septenario trochaico Pseudol. 1147; in septenario iambico Mil. glor. 424. 920) eumque numerorum ratione efficiatur plenis huius personae longe praevalere breviatas, recte puto ex ceteris codicibus Ritschelium eo loco „fabulare“ restituisse.

Restat igitur unicum eo versus loco exemplum Trin. 789 'arbitraris'. Nec in versu septenario trochaico Trin. 708 est, cur „tueris“ desideretur, et Mil. glor. 614¹⁾. Pseudol. 1236²⁾ eodem versus loco exstat „loquere“. Concludendum est igitur ita, ut aut plenas huius personae formas, quae trium fabularum, quas sub examen vocavimus, in Trinummo solum obveniunt, antiquitati eius fabulae (cf. p. 10 et 14 Adn. 1) maiori que poetae eo tempore indulgentiae tribuamus aut, quod ego malim, si omnia talia conaequari licet, ut formas plenas duobus illis locis brevioribus mutandas esse dicamus.

Pseudol. 1145: Sed tu, bone vir, flagitare saepe clamore in foro

„ 1147: Harpax
 Quin tu mecum fabulare?
 Ballio

Fabulor: quid vis tibi?

3) Velut Trin. 502: Quin fabulare 'di bene vortant: spondeo'?

Mil. glor. 1108: Qui consecrare qua maris qua feminas

Pseudol. 442: Id tu mirare, si patrissat filius?

4) Velut Mil. glor. 424: Quae circum vicinos vagas.

Philocomasium

Quicum tu fabulare?

„ „ 750: Proletario sermone nunc quidem, hospes, utere.

„ „ 920: Qui noverit me quis ego sim?

Palaestrio

Nimis lepide fabulare:

„ „ 941: Ne quid, ubi miles venerit, titubetur.

Acroteleutium

Tu morare.

Pseudol. 826: Quid tu? divinis condimentis utere.

1) Quis homo mihi sit magis meus quam tu's?

Periplecomenus

Loquere lepide et comode.

2) Si graderere tantum quantum loquere, iam esses ad forum.

At quodcumque de hac re virorum doctorum iudicium erit: nemo negaverit usum Plautinum ita definiendum esse, ut pleniorum huius personae formarum studium poetae abiudicemus.

Littera „e“ finalis synaloepha opprimitur Mil. glor. 1087. Pseudol. 611. 622. 1134. 1325. Trin. 415. 362.

3) **Praes. Pass. Coni. 2 Sing.** formae deminutae leguntur in senariis iambicis: Mil. glor. 553 *fateare*. — Trin. 808. *vereare*; in septenario iambico: Mil. glor. 1269 *mirere*; in septenariis trochaicis: Mil. 1357 *morere*. — 335 *fateare* (660). — Pseudol. 214 *deportere*. — 320 *opperiare*. — Trin. 619 *ulciscare*. — 1065 *utare*. — Formae plenae in senariis iambicis exstant Pseudol. 1047 *perconteris* ante caesuram semiquinariam, Trin. 1 *fungaris* in pede quinto; in septenario iambico Pseudol. 237 *praevortaris* ante dihaeresin, ita tamen, ut ultima verbi syllaba ictu prematur, in septenario trochaico Mil. 1166 *reverearis* subsequente vocali.

Utriusque generis formae minus longe inter sese distant illae quidem (10:4), sed tamen breviatas principatum tenere elucet cum numerorum ratione tum inde, quod metrica causa vacante usurpantur Trin. 808 in quinto senarii pede, Mil. glor. 1357 ante dihaeresin, 1269. 660¹⁾. — Ampliores terminationes quater inveniuntur: ter (Mil. 1116, Pseudol. 237, Trin. 1) metricis rationibus postulatae, semel in senario iambico ante caesuram semiquinariam (Pseudol. 1047) loco mutilato sic edito a Goetzio:

ubi perconteris me
. insidiis hostilibus

Qui cum unicus totius fabulae locus sit, ubi formam in „is“ exeuntem codices praebent, eorum quae antea dixi ratione habita „percontere“ scribendum esse statuo, si quidem quod sequitur verbum „me“ certum est.

Neutra forma exstat versu exeunte. In tribus omnibus fabulis ultima syllaba brevioris formae intra versum bis synaloepha absorbetur: Trin. 620. 1065. Mil. glor. 553. 335. Pseudol. 214. 321.

4) **Imperf. Passiv. Ind. 2. Sing.** unum exemplum inveni senarii iambici in pede tertio: Pseudol. 798 *arbitrabare*, ubi littera finalis synaloepha eliditur. — Eiusdem temporis et personae **Coni.** unicum exemplum occurrit Pseudol. 1236 *graderere* (B) in pede altero septenarii trochaici, ubi formae deminutio necessaria non fuit.

5) **Fut. Pass. 2. Sing.** conlegi has formas in „e“ exeuntes: e senariis iambicis Mil. 839 *excruciabere*. — Pseudol. 556 *flagitabere*. — 1043 *amplexabere*. — e septenariis iambicis: Mil. 1237 *largiere*. — e septenariis trochaicis: Mil. 1409 *verberabere*. — Pseudol. 722 *am-*

1) Trin. 808: Nihil est de signo quod vereare: me vide.

Mil. glor. 1357: Í, sequere illos: nē morere.

Palaestrio

Bēne vale.

Pyrgopolinices

Et tu bēne vale.

„ „ 1269: Ne tú mirere mulierem.

Pyrgopolinices

Sed quid volt me facere ista?

„ „ 660: Túte me ut fateare faciam esse ádulescentem móribus.

plexabere. — Trin. 881 *percontabere*. — Plenae formae plane desunt. Deminutae tantummodo in exitu versus obveniunt, ubi etiam plenis rite locus fuisset.

In universum igitur de usu formarum decurtatarum in fabulis Plautinis ita iudicandum est, ut Plantum cum studio quodam et amore in Activo ad ampliores formas incubuisse, in Passivo brevitati studuisse dicamus.

§ 2.

Apud Senecam 1) Perf. Act. 3. Plur.: I. formae deminutae saepissime occurrunt in trimetris, e quibus quae secuntur exempla congeSSI: 1) pedis alterius in thesi: *adiere* Herc. fur. 17. — *sensere* Herc. fur. 250. Phaedr. 1088. Herc. Oct. 1635. — *patuere* Herc. fur. 286. — *cecidere* Herc. fur. 403. Troad. 219. Octav. 850. — *maduere* Herc. fur. 469. — *bibere* Herc. fur. 484. Agam. 700. — *laesere* Herc. fur. 489. — *videre* Herc. fur. 596. Phaedr. 902. — *cinxere* Herc. fur. 940. — *tacuere* Herc. fur. 1200. — *movere* Troad. 173. Thy. 703. — *tulere* Troad. 209. — *nocere* Troad. 693. Med. 128. — *misere* Troad. 1161. Herc. Oct. 547. — *pressere* Phoen. 178. — *periere* Phoen. 239. Med. 879. 951. Oed. 59. Agam. 112. — *haesere* Phoen. 435. Phaedr. 1101. Herc. Oct. 1686. — *egere* Phoen. 505. — *petiere* Phoen. 635. — *abiere* Med. 164. — *sonuere* — Med. 765. Oedip. 570. Herc. Oct. 254. — *rediere* Med. 984. — *tenuere* Phaedr. 87. Thy. 782. — *solvere* Phaedr. 101. — *pavere* Phaedr. 538. Octav. 515. — *rupere* Phaedr. 540. — *vertere* Phaedr. 546. — *iere* Phaedr. 554. — *tremuere* Phaedr. 1050. — *latuere* Phaedr. (1022). Thy. 116. — *rapuere* Phaedr. 1069. — *crepuere* Oedip. 99. — *odere* Oedip. 520. — *duxere* Oedip. 575. — *posuere* Agam. 443. — *vicere* Agam. 695. — *stetere* Agam. 712. — *dedere* Agam. 784. — *venere* Agam. 885. Thy. 1005. — *vertere* Thy. 265. — *gemuere* Thy. 772. — *fugere* Thy. 1021. — *cessere* Herc. Oct. 289. 293. 392. — *habuere* Herc. Oct. 458. — *dixere* Herc. Oct. 524. — *voluere* Herc. Oct. 1180. — *micuere* Herc. Oct. 1299. — *luxere* Herc. Oct. 1753. — *timuere* Herc. Oct. 1781.

Reperiuntur igitur huius generis contractionum exempla septuaginta duo metro omnia postulata. Tribus locis verbi ultima syllaba synaloepha absorbetur (Phaedr. 546. Herc. Oct. 524. 547), reliquis omnibus pedis secundi thesin format.

E canticis contuli haec: a) e tetrametris anapaesticis: *videre* Med. 330. — *tenuere* Phaedr. 75. — *rupere* Phaedr. 76. Oedip. 160. — *misere* Phaedr. 82. — *sparsere* Oedip. 184. — *tribuere* Oedip. 199. — *venere* Oedip. 994. — *sonuere* Oedip. 995. — *struxere* Agam. 344. — *texere* Octav. 889. — *voluere* Octav. 893. — b) ex dimetris anapaesticis: *fudere* Oedip. 440. — *videre* Agam. 341. — *tremuere* Agam. 403. — c) e tetrametris dactylicis: *tenuere* Herc. Oct. 1960. — *timuere* Herc. Oct. 1961. — d) e dimetro iambico catalectico: *iunxere* Med. 869. — e) e senario iambico catalectico(?): *sensere* Oedip. 472.

Cantica igitur undeviginti exempla praebent metrica necessitate omnia adhibita. Oedipodis in versu 160 ultima verbi syllaba synaloepha evanescit.

2) In pede tertio ante caesuram semiquinariam, ubi propter intervallum syllabam productam exspectas, unum codices terminationis deminutae exemplum in senario exhibent:

Herc. Oct. 95. iam se intulere — sed quota est mundi plaga

Quod cum non sit, cur pleniore forma inserenda cum reliquis formis integris (Herc. Oct. 956. Octav. 847) adaequemus, necesse est arbitremur eius modi formas decurtatas Senecae cordi fuisse¹⁾.

3) In pede quarto senariorum: *cessere* Phoen. 634. — *vicere* Med. 441. — *luere* Phaedr. 1166. — *placuire* Thy. 759. — *meruere* Thy. 1100. — *stravere* Herc. Oct. 58. — *fregerere* Octav. 464.

Septiens igitur in senariis occurrunt hae formae, quibus simul efficitur caesura semiseptenaria. Terminatio elisione opprimitur Phoen. 634, quare versus iusta caesura caret.

Canticorum eodem in pede: *cessere* Troad. 722. Herc. Oct. 1936. — *posuere* Med. 370. — *timuere* Phaedr. 341. Agam. 91. — *sensere* Oed. 159. — *videre* Oedip. 444. Octav. 310. — *texere* Oedip. 753. — *egere* Oedip. 754. — *tenuere* Agam. 61. — *vicere* Agam. 692. — *periere* Thy. 813. — *fluxere* Thy. 947. — *patuere* Herc. Oct. 610. — *tinxere* Herc. Oct. 668. — *nevere* Herc. Oct. 669. — *coluere* Herc. Oct. 672 (tetram. anap.): duodeviciens igitur in tetrametris anapaesticis ante caesuram semiseptenariam. — *siluere* Med. 627. — *meruere* Med. 646. — *tenuere* Phaedr. 314. Agam. 622. Thy. 563. — *patuere* Oedip. 130. Thy. 592. — *placuere* Oedip. 422. — *petiere* Oedip. 480. 486. — *secuere* Oedip. 493. — *sonuere* Agam. 634. Thy. 554. — *crepuere* Thy. 562. — *cecidere* Thy. 573. 588. — *tumuere* Thy. 577. — *timuere* Thy. 580. 595. — *tremuere* Thy. 600. Herc. Oct. 1600. — *posuere* Thy. 601. (versus sunt Sapphici minores): bis et viciens igitur in versu Sapphico minore, ita ut thesin pedis quarti ultima verbi syllaba complectatur. Oedipodis in versu 486 verbi terminatio eliditur.

4) In pede quinto unum exemplum invenitur in versu heroico: *sensere* Oedip. 471. Duo exstant in trimetris, ita ut ultima verbi syllaba synaloepha absorbeatur:

Herc. fur. 956 *inferna* nostros regna *sensere* impetus

Herc. Oct. 1007 *iamne* inferorum, *dira*, *sedere* arbitri.

5) Ultimam versus syllabam obtinet terminatio ita deminuta duobus Octaviae locis in tetrametris anapaesticis

Octav. 28 cuique Britannii terga dedere

„ 777 Phrygiaeque solo regna dedere,

ubi breviores formas adhibitas esse mirum est, etsi eiusdem tragoediae uno tantum simili loco plenam formam certe inveni:

Octav. 651 pectora volnus mea senserunt.

II. Plenas formas in „erant“ exeuntes adhibuit Seneca hisce locis: a) pedis alterius in arsi: *moverunt* Octav. 776 (tetram. anap.). — b) in pede tertio ante caesuram semiquinariam: *steterunt* Oedip. 963. — *fuere* Agam. 876 sequente vocali metri causa. — *abstulerunt* Herc. Oct. 956 (in fine interrogationis). — *restiterunt* Octav. 847 sequente littera consonante. — c) pedis quinti in arsi: *cesserunt* Herc. fur. 955. — *cecidere* Troad. 175. Octav. 632. — *texerunt* Agam. 41. — *fecerunt* Agam. 171. — *redierunt* Thy. 311. — *vicerunt* Herc. Oct. 575. — *senserunt* Herc. Oct. 1164. — *voluerunt* Octav. 552. — *planxerunt* Octav. 746. — d) Versus tetrametri anapaestici in ultima arsi: *senserunt* Octav. 651. — *expulerunt* Octav. 294, nisi forte posteriore loco Plusquamperfectum inserendum est, quod ego malim, etsi dissuadere videtur quod sequitur Perfectum „ulti sunt“.

1) Neque tamen dissimulanda est nostri de eo versu iudicii summa. cf. p. 21.

Iam ut perspicuitati consulam, quae de Perfecti formis et integris et decurtatis exposui cum reminiscendi causa tum quo facilius appareat qua ratione utriusque generis formae per singulas tragoedias diffusae sint, ea brevi in conspectu positurus sum:

Perfect. Activ. 3. Plur.

| Tituli tragoedi- arum. | Formae deminutae | | | | | | | | | | Formae integrae | | | | | | | | | | | |
|------------------------------|------------------|--------|--------|--------|---------------------|-------|--------|--------|---------------------|--------|----------------------|-------|-------|-------|--------|-------|--------|-------|--------|-------|---------------------|-------|
| | pede 2 | | pede 3 | | pede 4 | | pede 5 | | in ulti- ma arsi | | Summa | | Summa | | pede 2 | | pede 3 | | pede 5 | | in ulti- ma arsi | |
| | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. |
| | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. |
| Herc. furens | 10 | — | — | — | — | — | 1 | — | — | — | 11 | — | 1 | — | — | — | — | — | 1 | — | — | — |
| Troades | 5 | — | — | — | — | 1 | — | — | — | — | 5 | 1 | 1 | — | — | — | — | — | 1 | — | — | — |
| Phoenissae | 5 | — | — | — | 1 | — | — | — | — | — | 6 | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| Medea | 6 | 2 | — | — | 1 | 3 | — | — | — | — | 7 | 5 | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| Phaedra | 12 | 3 | — | — | 1 | 2 | — | — | — | — | 13 | 5 | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| Oedipus | 5 | 7 | — | — | — | 9 | — | 1 | — | — | 5 | 17 | 1 | — | — | — | 1 | — | — | — | — | — |
| Agamemnon | 7 | 3 | — | — | — | 5 | — | — | — | — | 7 | 8 | 3 | — | — | — | 1 | — | 2 | — | — | — |
| Thyestes | 7 | — | — | — | 2 | 13 | — | — | — | — | 9 | 13 | 1 | — | — | — | — | — | 1 | — | — | — |
| Herc. Oet. | 13 | 2 | (1) | — | 1 | 6 | 1 | — | — | — | 16 | 8 | 3 | — | — | — | 1 | — | 2 | — | — | — |
| Octavia | 2 | 2 | — | — | 1 | 1 | — | — | — | 2 | 3 | 5 | 4 | 3 | — | 1 | 1 | — | 3 | — | — | 2 |
| | 72 | 19 | (1) | — | 7 | 40 | 2 | 1 | — | 2 | 82 | 62 | 14 | 3 | — | 1 | 4 | — | 10 | — | — | 2 |
| | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. | Div. | Cant. |
| | 91 | | (1) | | 47 | | 3 | | 2 | | 144 | | 17 | | 1 | | 4 | | 10 | | 2 | |
| | pede 2 | pede 3 | pede 4 | pede 5 | in ulti- ma arsi | Summa | Summa | pede 2 | pede 3 | pede 5 | in ulti- ma arsi. | | | | | | | | | | | |

Qua tabula accuratius perlustrata reperiemus quae secuntur:

1. Formarum deminutarum plenarumque summis inter se in universum comparatis dilucide apparet deminutis esse numero multo inferiores eas, quae integra terminatione sunt. Sunt enim formae breviatae ad integras ut $144:17 = 8,47:1$ h. e. formas plenas Seneca vitare studuit¹⁾. —

1) Hanc Senecae sermonis proprietatem non solum pertinere ad plenas formas 3. Plur. Perf. Act., sed omnino ad omnes formas in — *runt* exeuntes inclusis iis, quae intra verbum syncopa corripuntur velut *levarunt*, *norunt* cum inde apparet, quod has bis tantum modo adhibet (Troad. 696. Phaedr. 1212. — at *novere* Troad. 693. Med. 128. — *stravere* Herc. Oet. 58. — *nevere* Herc. Oet. 669. — *pavere* Phaedr. 538. — *movere* Troad. 173. Thy. 703) tum ex versu Octav. 515

pavere volūeres et feras saevas diu

Cui rei repugnat unica tragoedia Octavia, in qua utriusque generis formas eadem fere numerorum ratione usurpatas videamus (8:7).

2. Numerorum summam quo modo diverbia et cantica inter sese distribuerint si comparerimus, eandem rationem inveniemus. In diverbio enim formae deminutae sunt ad integras ut $82:14 = 5,85:1$, in canticis ut $62:3 = 20,66:1$ i. e. in canticis formae breviate prae diverbio praeponderant quadruplo circiter: plenas igitur formas in canticis sibi non indulsit Seneca. — Quod novem deinceps probatur tragoediis, quarum in canticis Perf. Act. 3. Plur. formae non inveniantur non deminutae. Singularem igitur vel in hac re locum obtinet ea tragoedia, quae Octavia inscribitur, quae quot in diverbio tot fere in canticis exhibeat plenas formas (4:3).

3. Eaedem novem tragoediae sunt ita compositae, ut etiam in diverbio brevioribus formis quam plurimo cedant plenae: quae ratio perversa est in Octavia, ubi illae sunt ad has ut 1:1,33.

Denique novem illae tragoediae formis integris tantummodo utuntur aut pedis tertii in thesi, quibus syllaba producta eveniat illo loco exoptata, aut pedis quinti in arsi, cui quidem loco, cum ultimum versus pedem intactum manere necesse sit, praeter anapaestum spondeus plena terminatione formatus optime sane quadrat.

Ex iis, quae antea diximus, ita Senecam formas deminutas in deliciis habuisse, plenis ut abstinere studeret, ita nobis concludendum est, ut, quo plures tragoedia formas contineat terminatione integras, eo priore tempore eam conscriptam esse statuamus. Hoc si verum est, efficitur:

a) tragoedias, quae Phoenissae, Medea, Phaedra inscribuntur, omnium novissimas esse. Nec praetereundum arbitror ea ratione in his tragoediis accrescere usum formarum deminutarum, ut duplicem earum numerum adhibuerit poeta in Medea (12), in Phaedra triplicem (18).

b) reliquas remotiore tempore ortas ita invicem exceperit, ut servato temporis ordine deinceps sequerentur Agamemnon (5:1), Troades (6:1), Hercules Oetaeus (8:1¹), Hercules furens (11:1), Oedipus, Thyestes (22:1). De Agamemnone idem constituit Leo l. c. p. 133 in fine: „ita autem sentio Agamemnonem inter Senecae tragoedias eam esse, quam primam scripsit.“ Id vel eo confirmatur, quod omnium tragoediarum in diverbio minimo in Agamemnone deminutae terminationes exsuperant integras (2,33:1). Quae contra Leo dicit Oedipum inter Senecae tragoedias eam esse, quam secundam scripserit atque Herculem Oetaeum, si a Seneca scripta sit, post reliquas tragoedias, saltem post Herculem furem scriptam esse (cf. p. 53), ea mihi hanc rem respicienti minus probantur. In hoc tantum assentior Leoni, quod dicit Oedipum ante Phoenissas scriptam esse (p. 77). Oetaeum autem Herculem post furem conscrip-

ubi forma „parunt“ simili ratione atque „norunt“ cet. effecta usus etiam sic dicere potuit:

parunt volūeres et feras saevas diu.

Correptam enim vocalem ante mutam cum liquida in arsi versus senarii produci posse efficitur versibus Herc. fur. 750. 756

rapitur volūeri tortus Ixion rota

praebet volūeri Tityos aeternas dapes,

in quibus idem nomen usurpatur eodem versus loco media syllaba producta (cf. Herc. fur. 898: patri etc.)

1) Hoc eo magis mirandum est, quod Herc. Oet. spatium complet reliquis fere duplo amplius.

tam esse veri dissimile fit eo, quod primum integras terminationes totidem praebet, quod tragoediarum antiquissima Agamemnon (3), deinde quod in Hercule furente integris formis plurimo omnium tragoediarum antecedunt deminutae in diverbio.

c) Denique eam tragoediam, cui Octavia nomen est, ne sermonis quidem usu posse a Cordubense originem accepisse. Nam cum tragoediarum omnium, quae Senecae auctoris nomine ornatae sunt, formas exhibeat plerasque integras (7), prima eius operum fuisset necesse esset: quod prorsus absurdum est. Accedit, quod eadem tragoedia etiam in reliquis rebus, quas observasse mihi videor, ab usu Annaeano quam maxime discrepat.

Formae deminutae ita per Senecae tragoedias dispersae sunt, ut earum omnino plures occurrant in diverbio quam in canticis (82:62): cuius rei contrarium elucet ex Oedipode, Agamemnone, Thyeste, Octavia. Si diligentius perlustramus quonam in pede pleraeque inveniantur, efficitur earum partem longe maximam reperiri in altero pede, qui multo plures continet quam dimidium omnium (91). Quod omnibus tragoediis comprobatur excepto Thyeste, qui in eo pede brevitarum formarum minorem partem exhibet, quam in quarto pede (7:15). Proximus est pes quartus, qui tertiam fere partem omnium formarum deminutarum complectitur (47). Sequitur deinde cum tribus formis deminutis pes quintus. Postremum locum obtinet pes tertius, qui unicum exemplum praebet Herc. Oet. 95. At eo in versu nunc me fateor irritationi succumbere emendandi in formam integram „intulerunt“, cum hac mutatione neque quaestionis, de qua agitur, summa ulla ratione coereatur neque metrici usus aut analogiae postulatorum iusto plus rationis ducatur. Quo unico versu emendato usum Annaeanum ita definiendum esse censeo: deminutis Perf. Act. 3. Plur. formis in Senecae tragoediis locus non conceditur in pede tertio ante caesuram semiquinariam.

Adiciendum est etiam, quod in altero pede deminutarum terminationum summa frequentia est in diverbio, ubi quadruplo fere plures inveniantur quam in canticis, in quarto pede contra in canticis. Quod cadit in omnes tragoedias exceptis Octavia et Oedipode: nam in Octavia aequa est ratio in ambobus pedibus (2:2; 1:1), Oedipus autem in altero pede plerasque formarum deminutiones exhibet in canticis.

2) Praes. Pass. Ind. 2. Sing. perpaucae formae inveniantur deminutae: *rere* Agam. 250. Phaedr. 895. — *speculare* Phaedr. 679, quibus locis thesin pedis alterius format ultima verbi syllaba; synaloepha autem opprimitur Agam. 250. Nec puto silentio praetermittendum duo haec quae inveniantur exempla esse verborum deponentium I. et II. Coniugationis. Desunt igitur eius modi formae in canticis.

At formas huius personae sanas frequentes codices praebent: a) In pede primo tetrametri anapaestici: *quereris* Med. 813. — b) In pede altero senarii sexiensi, semel carminis anapaestici: *testaris* Phaedr. 577. — *raperis* Agam. 244. — *hortaris* Oedip. 678. — *cunctaris* Oedip. 952. — *minaris* Thy. 97. — *moreris* Phoen. 76. — *tueris* Agam. 354 (tetram. anap.). — c) In pede tertio senarii ante caesuram semiquinariam: *fluctuaris* Troad. 657. Agam. 109. — *vereris* Phoen. 492. — *moraris* Med. 988. Phaedr. 954. — *raperis* Oedip. 631. — *loqueris* Agam. 123. — *iuberis* Thy. 75. — *sequeris* Herc. Oet. 122 (v. Aesclepiad. min.). Licet igitur videre Senecam eo versus loco, quo propter caesuram syllaba producta si non postulatur at certe desideratur, formis solitis ne tum quidem abstinuisse, cum distinguendi nota acerrima sequitur (Troad. 657, Agam. 109, Phaedr. 954) aut formae correptae positione producantur aut produci

possunt. — d) In pede quarto: *pateris* Troad. 804. — *moreis* Oedip. 938. Med. 645 (in versu Sapphico minore). — *loqueris* Thy. 246. — *conaris* Agam. 207. — *miraris* Octav. 743. — e) In pede quinto: *pateris* Herc. fur. 614. Agam. 147. Herc. Oct. 762. 1028. — *veheris* Med. 1027. — *coleris* Phaedr. 407. — *moliris* Phaedr. 431. — *persequeris* Herc. Oct. 1005. — f) Exeunte versu: *ulcisceris* Thy. 195. — *laberis* Phaedr. 763 (ord. logaoed.).

Primo igitur ad aspectu apparet formis deminutis multo praevalere ampliores atque generis utriusque summam facienti efficitur ratio 1:11. Cuius rei quae causa sit haud difficile est perspectu: nam formis brevioribus adhibitis facile ambiguitate obscuritateque sermo laborare potuit, quoniam illae formae iisdem terminationibus utuntur eodemque accentu, quibus Infinitivus Praesentis Activi et Imperativus Passivi¹⁾. Est igitur harum formarum ratio prorsus contraria ei, quam adhuc statuimus.

Canticorum omnino plenioris formae exempla sunt quinque: Med. (2), Phaedr. (1), Agam. (1), Herc. Oct. (1), reliquarum tragoediarum in canticis eae formae desunt. Plerasque integras formas (6) conlegi ex Agamemnone. In eadem fabula unica exstat breviata extrita autem terminatione in concursu vocalium. Aperte contra terminatio metri causa deminuta bis apparet in Phaedra sola eodem versus loco. Exeunte versu praeter necessitatem legitur „*ulcisceris*“ Thy. 195, praesertim cum sententia cum verbis, quae secuntur „*nisi vincis*“, tum negationis specie satis perspicua sit.

Exemplorum, quae e Senecae tragoediis congeSSI, quattuor tantum sensu passivo usurpantur eaque sunt tantummodo verborum, quorum Perfecta formantur secundum III. coniugationem (rapere, iubere, colere), ut nequeant confundi cum 2. Sing. Coni. Perf. Act. Reliqua (29) sunt omnia verborum deponentium. Inquirenti mihi cuiusnam coniugationis essent illa verba evenit haec tabula:

| Exempla | Varia verba | Coniugationis | | | |
|---------|-------------|--------------------|----|---------------------|----|
| | | I | II | III | IV |
| 33 | 23 | 10 (8 v. verba) | 3 | 19 (11 v. verba) | 1 |

Apparet igitur tertiam quam dicunt coniugationem principatum tenere et exemplorum et verborum numero. Decem exempla e I. coniugatione petita sunt omnia verborum deponentium. Contra evitavit Seneca de industria verborum I. coniugationem sequentium 2. Sing. Coni. Perf. Act., quae nusquam invenitur nisi unico loco: Thy. 1106 *pararis*, ubi forma antecedente „*haueris*“ nihil dubii relinquebatur. Apud Plautum contra in ea verbi forma praevalet I. coniugatio et II, quarum propriae sunt plenae vocales *a* et *e*, cum tertia aliquanto recedat.

1) Quaerenti utra sit terminationum *-re* et *-ris* prior et principalis apparebit ex usu Plautino Annaeano illam esse eam, in qua ea verbi forma nata est, alteram autem in *-ris* exeuntem terminationem esse recentiore perspicuitatis causa accersitam, ne quarundam formarum aliae aliis confundantur.

3) Praes. Pass. Coni. 2. Sing.: *patiare* Phoen. 494 in pede altero senarii. — at *queraris* Thy. 1104 ante caesuram semiquinariam. — *condaris* Here. fur. 1010 in pede quinto. Similem igitur in Coni. 2. Sing. rationem sequitur Seneca atque eiusdem personae in Indicativo, etsi ambiguitatis periculum non erat.

4) Imperfect. Pass. Coni. 2. Sing.: *paterere* Octav. 299 in pede altero tetrametri anapaestici. — at *fruereris* Phaedr. 1187 in pede quinto.

5) Fut. Pass. 2. Sing.: a) in pede altero senarii: *cogere* Herc. fur. 426. — *moriere* Here. fur. 429. Med. 170. Here. Oct. 332. — b) in pede quarto senarii: *cogere* Herc. Oct. 1710, versus Sapphici minoris: *moriere* Troad. 860. —

Formae solitae exstant quinquies: a) *mitteris* Oedip. 521. — *morieris* Agam. 971. — *satiaberis* Thy. 980 in pede altero. — b) *sequeris* Troad. 777. Here. Oct. 897 in pede tertio ante caesuram. — c) in fine versus Sapphici minoris: *sequeris* Here. Oct. 1532.

Reliquorum temporum et modorum in 2. Pers. Sing. cum formae ampliores, quamquam non tanto sunt praecisis superiores quanto in Praes. Pass. Indicativo, numero tamen praeponderent (9:8), dici licere puto: Praes. Pass. Ind. in 2. Sing. videtur Seneca grammaticis rationibus adductus esse, ut formas breviores vitaret. In reliquis temporibus, etsi illae causae decrant, analogia factum est, ut solitis potius quam deminutis indulgeret.

Si igitur paucis repetere licet, quae adhuc statuimus, dicendum est: quascumque verbi formas decurtari praecepta grammatica sinunt, iis, si salvis legibus metricis salvaque sententiae perspicuitate fieri licet, Seneca utitur decurtatis. Excepienda est tantum Pass. 2. Sing., cuius formae pleniores principatum tenent.

Iam iis, quae de Plauti et Senecae geminarum formarum usu exposuimus, inter se comparatis efficitur, quod sane mirum est auditu intra ducentos fere annos linguam Latinam plane in contrarium versam circuli, ut ita dicam, arcum percurrisse centum octoginta graduum. Nam quae initiis litterarum Latinarum in usu praecipue fuisse cognovimus circiter dimidium primi post Christum natum saeculi ut exoleta repudiari eorumque contraria placere videmus.

Multa sane diverso Plauti et Senecae poeseos generi, multa diversae vitae conditioni tribuenda sunt, plura excoltae posterioris aetatis elegantiae et delicatae cuidam urbanitati.